



**H**Einricus filius fuit Iohannis inclyti ducis Me-  
 galopolensis, qui literarum cognitione cele-  
 bris extitit. Itaq; ab eo & matre comitissa Hennen-  
 burgēsi in uera religione & pietate educatus fuit.  
 Erat hic Heinricus ob mirabilem fortunæ uarieta-  
 tem insignis. Patre enim mortuo ducatum guber-  
 nādum suscepit, & magna prudētia & dexteritate  
 administrauit, ita ut ab omnibus subditis summē  
 diligereſ. Accidit autem cum Ludouicus rex Gal-  
 liæ, anno Christi millesimo ducentesimo quinq-  
 gesimo, pietatis causa expeditionem in Syriam su-  
 sciperet, ad res Christianas iuuandas, ut eum Hein-  
 ricus cum aliquot alijs Germaniæ principibus &  
 comitibus comitareſ. Ibi magna fortitudine cum Solthano Aegypti pugna-  
 tum, atq; Damiatā occupata fuit. Verūm cum proditione agereſ, atq; res mi-  
 nus prosperē succederē, Heinricus cum rege ex Aegypto recedens Hieroso-  
 lymam uersus profectus est. Ibi à Ciliciæ incolis captus, atq; primò Damascū,  
 postea & Alcayrum deductus fuit. In eo loco per uiginti quinque annos sub tri-  
 bus Solthanis arcta custodia ac miserabili seruitute detentus fuit. Quam qui-